



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institutiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

X. De quibus monendi Coniuges, contracto iam matrimonio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

De quibus monendi noui Coniuges.

Monendi sunt noui Coniuges, ut ad finem, & meritum Matrimonii consequendum, 1. se mutuo secundum Deum diligent, vir vxorem, vxor virum; ut sic onera Matrimonii communia onus sint leuius, & conjugum iugum suauius: vxorem vir habeat ut sociam; non tractet ancilla loco; vxor virum tanquam caput familie honoret; mutuos ambo defensus sustineant, quae charitati repugnant, auersentur, odia, rixas, & quae eiusmodi sunt. 2. sibi fidem mutuo seruent, neque matrimonii legibus abutantur: filios, si nascantur, curent Baptismo iniciari, mater lactet, quantum fieri potest; alieno enim lacte saepe proles corrumpuntur, & minuitur amor in matres: deinde statim a pueritiâ instruant in fide, cultu diuino, cæterisque virtutibus; vitia corrigant:

gant: dici nequit, quanti id referat in reliquam vitam: præluceant verò ipsis vitiæ exemplo; canteant maximè, ne coram illis loquantur, aut agant, quod eorum pudicitiam lædat: quo in genere nocet, si pueros cum pueris, aut contrà familiariùs die, aut noctu agere sinant: denique ad mores Christianos totam familiam forment, curéntque, ut præcepta Dei, & Ecclesiæ obseruent; & ne Sacra menta negligant, præsertim in morbis.

NVM: VI.

De Puerperæ introductione in Ecclesiam.

CVm mater satis vires restaurârit,
sacro ritu eam iñduces in Eccle-
siam; neque ad hoc vis ponenda in
certo numero dierum, vel hebdoma-
darum à partu: sit ea solennis intro-
ductio, ob acceptam diuino fauore
sobolem offerendam Diuinæ Maiestati,
instar Annæ Samuelem offerentis in
Templo, ad impetrandam nouam

gra-